

ALANVS DE INSVLIS VNIVERSALIS DOCTOR.



Alanus de Insulis natione Germanus vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in humanioribus literis ipsaç philosophia nulli suo tempore secundus. Theologus, philosophus, & poeta celeberimus. Hic literarum amore sese Lutetiam cotulit, atque suam doctrinam crebris collationibus plurimum auxit. Itaç adeò in ea doctorum hominū corona effulsit, ut Vniuersalis ab omnibus meruerit appellari. Scripsit metro & prosa infinita ferè opuscula, quibus memoria nominis sui apud posteros immortalis factus est. nam in libros Mosis, prophetas, Cantica, Euangelia, & Pauli Epistolas commētarios edidit. præterea libros 4 super sententias. Itē de pœnitētia libros 3. & Quodlibeta, cum multis alijs. De hoc Alano ob multiplicem eius eruditionem miranda ab antiquis relata, quæ tamen tanquā incerta in medio relinquimus. claruit is sub Alberto Cesarē anno millesimo trecentesimo quinto. Trit.